



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem, ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

4. Indeliberatos animi motus bonos ac malos, salva manente libertate admittunt Pelagiani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

tate ac naturali possibilitate peristeret. Hanc esse mentem eorum de primi hominis, imo etiam de lapsorum hominum libertate plenissime & Augustinus & eorum ipsorum scripta testantur. Et quidem quanta liberrimi illius naturae potestas fuerit supra omnes animi motus atque passiones quae ad terrena provocarent, audite fidelissimum doctrinae Pelagianae testem Augustinum: *Tantum dicunt valentem (humanam naturam) ut suis viribus in origine sua creationis acceptis, possit per liberum arbitrium nihil ulterius adiuvante illius gratia quae creavit, domare & extingueret omnes cupiditates tentationesque superare.* Nec dissidentur sane huius testimonij veritatem Pelagiani: *Sufficit, inquit Iulianus, homo ingentis sibi moribus dare leges.* Et paulo ante de ipso & Pelagianis omnibus Augustinus: *Ideo homines acutissimi, non modicum, non genus, sed excessum voluptatis (hoc est concupiscentiae) arguitis & exprobandum concessis obsecras: quia enim nostis, ut dicitur intra concessus fines animi potestate posse retineri.* Cui consonat quod praecaciter eidem Augustino insultado dicit Iulianus *cum mereri, tantum esse libidinis vires, ut eam ratio regere ac frenare non possit, significans huiusmodi impulsus quantumlibet violentos naturalis illius possibilitatis nutu humanaeque libertate rationis posse frenari.* Unde alibi Augustinus: *Non viribus nostrae voluntatis, ut putas dicit (concupiscentiae) obstitimus nisi divinitus adiuvetur.* Neque vires istas libertatis in solis dumtaxat nudisque animi motibus coercendis, nutuque suo superandis sufficere arbitrantur: etiam in gravissimis corporis doloribus perferendis, dummodo illa nollet cedere, aut sese dedere vincendisque praedicabant: *Possibilis, ait Iulianus, est ad hoc solum excubans ne homo vel in peccatum a quoquam impellatur vel a peccato abstrahatur voluntate captiva, quam non posse capi si dedit ipsa voluerit testatur fortitudo, cuius laetitia in contemptu dolorum & per Gentiles & per Christianos assidue claruerunt.* Ex quibus satiatissime constat nullos sive dolores sive passiones animi, quae corporum dolores solent eruciatusque comitari, posse, autoribus Pelagianis imperium illius naturalis possibilitatis infringere, aut ad alteram partem, quasi captiva voluntate rapere aut inclinare. Quod non minus exerte Pela-

gius inculcat: *Duo sunt ex omnibus vitiis quae maxime homines decipiunt, gula, scilicet, & libidinis, quae deponere codificius est, quo eis uti dulcius. Et tamen haec vicia tam molesta, tamque delectatione sui periculosa, ita a multis calcari vidimus, ut tota aetate virgines manserint in summa abstinentia.* Et ut vires illius ingentis possibilitatis agnosceremus, *Da, inquit, tantam in ceteris magnitudinem animi, & vide quid non possis efficere. Sed nos, pro pudor! quadam delectatione peccati cum in quibusdam ostendimus quandam vim naturam, in alijs omnino torpescimus.* Et clarius paulo superius contra querelas difficultatum: *O profanam temeritatem duplici ignorantia accusamus Deum scientia ut videatur nescire quod fecit, nescire quod insit, quasi oblitus fragilitatis naturae, cuius autor ipse est, impulerit homini mandata quae ferre non possit.* Et ut nihil dubitationis de naturalis illius possibilitatis facultate remaneret: *Nemo magis novit mensuram virtutum nostrarum quam qui ipsas vires nobis dedit. Nec quisquam melius, quantum possumus, intelligit, quam qui ipsam virtutem, qua possit donavit, largiendo videlicet tantae potestatis naturam ac libertatem.*

Ceterum quid de potestate libertatis in passionibus quae ad terrena incitant frenandis asserbant, idem omnino fieri intelligebant in ijs quae nos ad bona & caelestia capienda provocabant. Eandem enim omnino in omnibus coercendis animi naturalem possibilitatem esse statuebant, nam hinc est quod Pelagianorum omnium vox erat: *Hominem opus Dei defendimus, nec ex illius potentia vel in malum vel in bonum invitum aliquem cogi.* Et iterum illa omnium clarissima, quam iam reddidimus apud Iulianum: *Possibilis est ad hoc solum excubans ne homo vel in peccatum a quoquam impellatur (nempe per concupiscentiam) vel a peccato abstrahatur (per ullos immisos bonos animi motus) voluntate captiva: quam non posse capi, si dedit ipsa voluerit testatur fortitudo.* Quid evidentius dici potest de illa possibilitate in utramque partem supra omnes sive bonos sive malos animi motus qui ad allicendum extorquendumve voluntatis nutum serviunt aut blandiuntur? Sic enim trahi in alteram partem ut quasi in illam captivata voluntas inclinetur, fieri non posse discretissime confitetur.

Indeliberatos animi Motus bonos ac malos salva manente libertate admittunt Pelagiani.

CAPVT QVARTVM.

NAM huiusmodi etiam bonos motus ac desideria in animu incidere posse, nulla erat omnino apud Pelagianos disceptatio. Hinc est enim quod Iulianus admittit amorem boni quem homo sine libertatis possibilitate concepit, etiam a Spiritu Sancti inspiratione magis inflammari:

Ad eam, inquit, magnitudinem atque pulchritudinem studijs procedit ac meritis, ut generosum eius ignem gratia Spiritus Sancti accipiat ventitare. Hoc est ut Beda exponit, sicut lucentem ignem ventus spirando juvat ut amplius ardeat, & magis magisque flammescat. Sed ne quis suspicaretur aliquid per hoc naturali isti animi

Epist. 95. initio

Lib. contra Iul. c. ult.

Lib. 5. cont. Iul. c. 16.

Lib. 3. cont. Iul. c. ult.

Lib. 1. operis imperf. cont. Iul. fol. 105.

Ibid. f. 121.

Epist. ad Demetriad.

Ibid. infra

Ibid.

Ibid. supra

Lib. 1. ad Bonif. c. 18.

Lib. 1. operis imperf.

col. 1. 101

col. 1. 103

Iul. lib. quem scripsit de amoris apud Be. cum id canitica.



Ibid.

Lib. 1. oper. imperf. fol. 119. & 120.

Lib. 1. oper. imperf. fol. 38.

Ibid. fo. 100

Fol. 102.

cap. 11. de

cap. 12. de

cap. 13. de

cap. 14. de

cap. 15. de

cap. 16. de

cap. 17. de

cap. 18. de

cap. 19. de

cap. 20. de

cap. 21. de

cap. 22. de

cap. 23. de

cap. 24. de

cap. 25. de

cap. 26. de

cap. 27. de

cap. 28. de

cap. 29. de

cap. 30. de

cap. 31. de

cap. 32. de

cap. 33. de

cap. 34. de

cap. 35. de

cap. 36. de

cap. 37. de

cap. 38. de

possibilitati ac libertati in utrumque detrabi, ibidem præmonet amorem nostrum ad solius animi moveri arbitrium, & in actibus suis habere iudicium ut perturbationis in munem, ita etiam libertate gaudentem. Hoc est, Beda quoque interprete, in arbitrio animi nostri sitam, cui se amari, vel quantum subderit. Illos enim boni malique titillationis ac motus breves impetus, vocabat Iulianus, post quos deliberato animi appetitu surgente virtutis, vitijque litera electio, emicaret. Auci Iulianum hoc dilerte tradentem: Cum vero deest facultas per quam in proximos via secreta voluntatis erumpat, in ipsa tamen voluntate que aliquid vel boni vel mali, non impetu brevi sed cogitatione, appetitumque paraverit, vel benignitatis est ratio impleta vel malignitatis. Vbi impetus illos breves ineliberatorum motuum deliberata cogitationi atque appetitui opponit.

Et sane quomodo de hac Pelagianorum opinione, qua bonos animi motus ac desideria salva manente illa indifferentia libertate admitterent, ab ijs qui principia doctrina Pelagiana penetrarunt, vel dubitari possit ignoro. Nam in primis quidquid ante libertatem voluntatis nutum in animum incidere, non nisi provocatum quendam vel ad utrumque vel occasionem datam ad bonum & malum, minime vero coactionem, ut loquebantur, vel necessitatem alterius partis impositam esse consuebant. Aucus animi (scilicet, liber, ait Iulianus) eius iudicij, qui per aetatem iudicio rationis uti potest, cui cum per a monstratur & gloria, aut contra continentiam vel voluptas, adiutorium & velut occasio offertur, non necessitas imponitur partis alterius. Quod et ipse internis etiam cupiditatibus eum intelligere clarissime explicat in eodem libro interius: Hanc voluptatem & concupiscentiam ante peccatum in paradiso fuisse, res illa declarat, quia ad delictum via per concupiscentiam fuit. Quæ cum pomis decore oculos incitasset spem etiam incendit vitæ saporis; non ergo potuit hæc concupiscentia quæ cum intra hincem concessum tenetur affectio naturalis & innocens est, fructus esse peccati, quæ docetur non suo quidem vitio, sed voluntatis, occasio fuisse peccati. Quod Augustinus mox exponit, provocationem fuisse peccati. Qui iatur malas cupiditates tantum occasiones peccatorum esse sentiebant quibus libertas provocata nutus suos exeret, quis ambigat eos etiam bonas cupiditates veluti adiutorium, & provocationem, & occasioneque virtutis, utpote salvo illo libertatis nutu non respuisse. Cum attestante omnium sanæ mentis hominum experientia longe facilius sit, bonos motus quibus animus erigitur & elevatur, solo licertati nutu premere, ne sursum evolet, quam illos sa vitium passionum impetus salva naturali

possibilitate renare atque comprimere, ne decursum ruat. Quod clare Iulianus indicat eodem libro cum negat gratiam operari ut

A adiutorijs fabricetur quæ fuerat distincta libertas, ut aliquando ea exclusa, vel boni vel mali cuiuspiam necessitas credatur incumbere, verum ut arbitrio omne adiutorium cooperetur. Vult enim nullos gratia, quam Augustinus prædicabat, motus sic incidere in arbitrij libertatem ut ea quasi ante non esset suscitata fabricaretur, sed ita ut arbitrij libertas in suo vigore in pernoque permanens, per eam provocata, si uti vellet cooperante provaretur, non necessitate aliqua in alteram partem flucteretur. Quam doctrinam & exprimentum modum hauserant ab Origene qui accuratissime hœc native libertatis imperium eodem profusum modo supra omnes animi incidentes motus, velut boni malique occasiones exponit. Nam cum late deduxisset, quosdam in humana natura initos esse libidinis, tristitiæ, cupiditatis, iræ, motus, ad inimica virtute docet eos promoveri ac dilatari, nobis hominibus occasiones & initia præbentibus peccatorum. Quibus animi motibus ad bonum malumve nos concitantibus nutu rationis dicit nos adversari atque eos ad bona vel mala gubernari. Et omnium clarissime sub finem capitis secundi libri primi: Nihil aliud periculum est acciderenobis nisi commotionem solam & incitantum provocans nos ad bona vel mala. Possibile autem nobis est, cum in aliquo virtus nos exerit ad malum incitare, abicere a nobis pravæ suggestiones, & resistere suggestionibus, & nihil proterius culpabiliter gerere. Et rursum: Possibile est ut cum nos divina virtus ad meliora provocaverit, non sequamur, liber arbitrij potestate in utraque nobis servata. Quo verisimile est respexisse Pelagium quando locum illum Apostoli, um, caro concupiscit adversus spiritum, interpretatur, carnalis consuetudo adversus spirituale desiderium. Quæ quidem eo consilio ex Origene adduximus ut ex conformitate doctrinae parafium ac verborum eluceret, quo pacto iuxta Pelagianos arbitrium non minus bonis quam malis motibus in animo suscitatis native libertatis imperio dominaretur, atque resisteret. Quod sane principijs Pelagianis de animi quibus, umque passionibus ad amissum respondet. Nam sicut cibus & potus ceteraque res externa omnes, de se se indifferentes arbitrij libertati subjacent ut ijs naturali sua potestate atque nutu modum tenendo utatur, vel excedendo abutatur, ita profusum internos animi motus ejusdem imperio substratos manere decernebant. Quo profecto non raro aluisse Iulianum facile est scripta ejus volenti animadvertere, contra quem Augustinus: Ut quod eam comparat vinum & tibo & aliquid nobis dicere videtur, quia dicimus, nec vinum ebrietatis, nec cibum condemat crapula, nec concupiscentiam infamat obscenitas: videlicet quia ibidem Iulianus solum in omnibus illis excessum, qui voluntate fieret, in culpa esse dicebat.

Lib. 3. Patriarchon c. 2.

Lib. 2. Patriarchon c. 1.

Idem lib. 1. cap. 2.

Ibid.

Lib. 4. cont. Enl. c. 14.

Idem